

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
Recd 12 Jan 1872.

FRIDERICO THIERSCHIO

GRADUM JURA PRIVILEGIA

DOCTORIS PHILOSOPHIAE

INDUSTRIE FELICITER GLORIOSE

USURPATA

PERACTO LUSTRO DECIMO

D. XVIII. M. JUNII A. MDCCCLVIII.

GRATULATUR

GYMNASIUM ERLANGENSE

INTERPRETIBUS

D. LUDOVICO DOEDERLEIN

ET

D. GOTHOFREDO FRIEDLEIN.

ERLANGAE

TYPIS JOANN. PAUL. ADOLPH. JUNGE ET FILII.

MDCCCLVIII.

1872, Jan. 12.
Salisbury Fund.

Doctorem TE semisaecularem, vir venerabilis pariter ac dilecte, salvere jubemus senectutique TUAE optima quaeque apprecamur gymnasii Erlangensis collegae, Lud. Doederlein, Car. Schaefer, Dan. Zimmermann, Frid. de Ruecker, Henr. Schmidt, Gothofr. Friedlein, Maxim. Lechner, Joann. Soergel, Georg. Autenrieth, Alois. Ziegler, delegato interpretandi communes omnium affectus munere et congratulandi honore iis collegis, qui TUA ex disciplina profecti natu maximus et minimus essent. Et pronum nobis foret, salutationi adjungere virtutum TUARUM meritorumque enarrationem et laudem, nisi hoc ipsum alii cuidam venerationis monumento, cujus et ipsi partim consortes sumus, reservari vellemus.

Ergo has pagellas TIBI sacrandas destinare maluimus quaestiunculis aliquot philologicis. Earum una ad illum scriptorem, altera ad illam artem pertinet, unde TU exorsus gloriae TUAE cursum ante quinquaginta annos iniisti, donec plurimis et aliis doctrinae vitaeque generibus ingenium et industriam TUAM commodares. Quodsi haec nostra introspiciendo in tempus repuerasces, haud profecto indignabere.

Homerica particula γάρ nusquam refertur ad insequentem sententiam.

Scripsit

Ludovicus Doederlein.

Discere solent tirones, apud Homerum omninoque Graecos saepe conjunctionem γάρ ad insequentem quampiam sententiam pertinere ejusque argumentationem continere. Atqui fatendum est, hoc nec secundum naturam fieri et legitimum cogitandi ordinem, nec Latinorum aliorumve populorum exemplo vel imitatione approbari. Propria ac peculiaris Graecis fuit haec consuetudo, — si quidem fuit.

Neutiquam satis est monuisse, his locis γάρ prorsus respondere nostro *ja*, quoties enclitice usurpetur. Nempe non simplex interpretatio, sed ratio requiritur. Et duplex quidem patet via, qua illius usus ratio et origo explicari possit. Una haec est: Oritur ex parataxeos et syntaxeos confusione, cujus haud raro arguitur Homerus. Quoniam tam recte, tam saepe dicitur ἀπέσομαι, ὅτι νοσῶ quam ὅτι νοσῶ, ἀπέσομαι, ad eandem analogiam et normam dici coeptum est νοσῶ γάρ, ἀπέσομαι pro ἀπέσομαι, νοσῶ γάρ. Num quis de grammaticis hanc viam inierit, non memini; potuit saltem iniri.

Altera haec est: Quanquam secundum naturam argumentatio sequi demum debet id quod est demonstrandum, tamen ardore quodam et cupiditate loquentium nonnunquam vel festinatur demonstratio, ita ut inchoatae ei enunciationi, quae demonstranda est, interseratur παρενθετικῶς, ut Iliad. VII, 73. XXIII, 858. XXIV, 223, vel adeo praecipitatur, ita ut, antequam thesis demonstranda proponi coeperit, anticipetur demonstratio, per hyperbaton quoddam logicum. Itaque ordinarie dixeris: ὦ Σώκρατες, πάντα μοι διήγησαι· σὺ γὰρ οἶσθα· dein festinanter: πάντα μοι (σὺ γὰρ οἶσθα) διήγησαι· denique praecipitanter: ὦ Σώκρατες, σὺ γὰρ οἶσθα, πάντα μοι διήγησαι. Breviter ut de re certa et satis nota disseruere de hoc idiotismo in sua quisque grammatica Graeca A. Matthiae §. 615 p. 1465. R. Kuehner §. 754. K. W. Krueger Synt. §. 69 p. 334. A. F. Gottschick §. 137. G. Curtius §. 36. W. Baeumlein §. 667 p. 304. Berger §. 337 p. 256, donec fusius utque solet eleganter eum locum tractavit J. Classenius meus in Obss. de serm. Homer. P. I vel Programm. Francofurtensi a. 1854 p. 5, impugnatus ille de quibusdam locis censura K. W. Pideritii in Jahnii Annall. LXX, p. 69. Nequidquam autem consului Buttmannum, Thierschium, Rostium, Hartungium, Madvigium.

Neutram illarum rationum prorsus improbarem, nisi tertia quaedam quo simplicior eo mihi videretur potior. Nego, inquam, γάρ illud Homericum usquam secuturae demum sententiae probationi inservire; ajo contra, γάρ quoties credatur ad sequentia verba spectare, reddere gestus potius alicujus nutusve rationem, qui, aliquo animi motu expressus, orationem loquentis praecesserit aut comitetur. Quippe non reperitur hic usus praeterquam in orationibus. Ergo illud γάρ non dicta et audita interpretatur ac demonstrat, sed tacite significata et tantummodo spectata.

Nam gestus nutusque vel adeo frontis, vultus, oris habitus pars quaedam habentur sermonis mortalibus, et verborum enunciationumque vice funguntur, ut in quotidianae vitae conversatione, ita etiam, apud Graecos saltem, in scribendo. Enimvero vetustissimo quoque saeculo iis, quae corpore et gestibus significantur, idem honos, eadem fides habetur atque illis, quae voce, proprio animi interprete. Mox doctrinae et facundiae et cultioris vitae merito fit, ut mos ille, per gestus potius quam sermone sensa significandi, multitudini potius relinquatur, tanquam oratio praecipuum humanae naturae documentum sit, gestus autem ad beluarum naturam propius accedant. Plerisque quinetiam ex illis (ac non tectis subdolisque solis) moderati, eruditi, urbani, denique sapientis hominis videtur, sensus et

affectus non prodere vultu, sed dissimulare iram, metum, gaudium, omnes animi habitus motusque, quos multitudo, cupiditatibus illa magis obnoxia, gestibus et vultu prae se ferre solet. Nimirum naturae indulgere *παθητικόν* est; domare naturam vi mentis et animi et voluntatis *ἠθικόν* et sapiente dignum. Caeterum adhuc apud meridionales et orientales gentes gestuum usus et quasi loquela multo latius patet quam citra Alpes; et admirari solent, qui peregrinantes Italiam peragrant hyperborei, non frequentiam modo gestuum in Italorum colloquiis, sed etiam solertiam vulgi in excogitandis, celeritatem in intelligendis.

Sunt autem duo potissimum genera gestuum, *κατάνευσις* et *ἀνάνευσις*, quorum ille laetitiae, hic dolori propior est. Et *κατανεύσεως* quidem mos communis nobis hodieque est cum Graecis Latinisque, ut adnuamus et caput inclinemus in approbando. In contrario gestu disconvenisse inter utrosque satis constat. Namque Graeci renuendo vel capite in cervices rejiciendo negant, nos quassando capite. Quorum utrumque naturae pariter convenit. Nam qui *ἀνανεύει*, is similis est fugienti — nisi quod praecipua tantum corporis parte fugit, non toto corpore — et aspernanti et abhorrenti; qui *κατανεύει*, is eodem capite, utpote universi corporis vicario, ultro appetere dicta auditaque iisque amice obviam ire videtur tanquam bono alicui oblato; nos contra quoties caput quassamus, eos imitamur qui onus aliquod excutiunt; pro onere autem sunt ea, quorum dictu audituve praegravamur. Quanquam Graeci quoque Romanique quassare caput consuerant, dum iram supprimunt et futuram ultionem meditantur, ut Ulysses Od. XVII, 491. *ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη κακὰ βυσσοδομεύων*, coll. Virg. Aen. VII, 292. XII, 894.

Porro exemplis illius idiotismi, quae deinceps enumeraturus sum, immiscebo eos etiam versus, in quibus *γάρ* interrogationi additur, quoniam par eademque est hujus usus ratio. Ad gestum aliquem certum et qui oculis, non auribus percipiatur, referendum est *γάρ*, non ad enuntiationem aliquam suppressam, ut plerique asserunt. Quibus cum contradico, verborum fortasse controversiam movere coarguar; mihi quidem etiam re ac veritate hae duae rationes differre videntur. Qui pro simplici pronomine *τίς γάρ* potius, vel: *quisnam?* vel: wer denn? usurpant, ii addita particula (nisi cum aperte demonstrare aliquid volunt) aliquantum stomachi vel saltem morae quandam impatientiam ipso vultu produnt; ut quum dicimus: Was willst du denn? tum hoc volumus: *Quid cupis? mallem enim vel nihil cuperes, vel dudum dixisses quid cuperes!* similique brevitate Latini: *Quid tandem vis?* id est: *Tandem cedo quid velis!* Nam quae G. Hermannus ad Vig. p. 829 vel Hartungius Gramm. Gr. §. 803 p. 302 vel Matthiaeus §. 615 p. 1464 monent, ea causam et rationem non satis illustrant; nisi quod Kuehnerus Gr. §. 833 conclusive in his dici *γάρ* docet cum significatione demirationis; ex qua doctrina hoc posterius amplector, conclusivum illud aspernor.

En ipsa exempla! Telemacho Od. XV, 545 Theoclymenum hospitem commendanti et tradenti adnuit aperte Piraeus, tanquam, ad exceptionem hospitis promtus, dicat: *θάρσει τὸ τοῦδε*,

Τηλέμαχ᾽, εἰ γάρ κεν σὺ πολὺν χρόνον ἐνθάδε μίμνοις,
τόνδε δ᾽ ἐγὼ κομιῶ, ξενίων δέ οἱ οὐ ποθὴ ἔσται.

Eodem nutu vultuque Hom. Od. XII, 208 Ulysses socios erigit comiter adnuens: *θαρσεῖτε,*

ὦ φίλοι, οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.

Et tanto aptius videbitur ad animos addendos illud argumentum, quare bono animo esse debeant, quanto accuratius, quam plerumque fit, vertetur; nam *κακῶν ἀδαήμονες* non ut *κακῶν ἄπειροι* significat *malorum inexpertos* (ea recordatio enim exigua quaedam causa fiduciae est) sed *imperitos, inscitos*, ut Il. XIII, 811. *μάχης ἀδαήμονες*. „Bono animo estote, „inquit, nondum enim quidquam eorum dedidicistis, quae in malis facto opus sunt; obse- „quium erga mea imperia dico, quo adhuc omnia vicistis.“ Sic demum *οὔπω*, quod nunquam pro simplici *οὐ* poni in libello: Reden u. Aufs. T. II p. 261 demonstravimus, suum locum habet: admonet recentem adhuc esse memoriam, quam obsequium utile sit. Paulo aliter haec intelligunt ii, qui Virg. Aen. I, 198 comparaverunt: *neque ignari sumus ante malorum.*

Ulyssi certamina et discum detrectanti taediumque et fatigationem excusanti Euryalus Od. VIII, 159 cum irrisione adnuit: *εὖ γε ποιεῖς!*

οὐ γάρ σ᾽ οὐδέ, ξεῖνε, δαήμονι φωτὶ ἐίσκω.

cujus versus vim infringunt, qui vel dissimulant, quid intersit inter *οὐκ* et *οὐδέ*, exemplo Vossii: Nein fürwahr, o Fremdling, du scheinst kein Mann, der des Kampfes kundig sei, vel *οὐδέ* ad *ἐίσκω* referunt, non ad *δαήμονι*. Sensus est: *οὐ μόνον οὐκ ἐθέλεις ἀλλ᾽ οὐδὲ δαήμων εἶς*, vel: taedium simulas, imperitiam ut occultes.

Et adnuit Eumaeus quoque Od. XIV, 402 Ulyssi, caput pro pignore, si herus non redeat, offerenti, sed *εἰρωνικῶς* et accommodate verbis suis cum manifesta simulatione et irrisione adjunctis: *καλῶς δήπου λέγεις,*

ξεῖν᾽, οὕτω γάρ κέν μοι ἐυκλείη τ᾽ ἀρετή τε
εἴη ἐπ᾽ ἀνθρώπους, ἅμα τ᾽ αὐτίκα καὶ μετέπειτα!

Similiter Hercules in Hes. Scut. 357, dum Cycnum iter intercludentem concedere jubet, gestu et voce precibus simili, quamvis minaci animo, comiter adnuit potius quam minaciter renuit; quasi dicat: *Oro te ut tibi ipse consulas,*

ὦ πέπον, οὐ μέν γάρ τοι Ἄρης θανάτοιο τελευτὴν
ἀρκέσει, εἰ δὴ νῶι συνοισόμεθα πτολεμίζειν.

Crebrius multo recusationis tacitae illud *γάρ* rationem reddit, asperius modo, modo verecundius significatae. Agamemnoni aliud pro Chryseide praemium poscenti Il. I, 122 Achilles loco responsi renuit: *οὐ γενήσεται,*

Ἀτρεΐδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,
πῶς γάρ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;

in quo non assentior Naegelsbaco nostro ad opprobrium *φιλοκτεανώτατε* spectare demonstrationem.

Nestori componere lites inter Peliden festinanti et inter Atriden, postquam Agamemnoni respondit, increpando Achillis impotentiam, ipse Achilles Il. I, 293, antequam Agamemnonem peroravisse certum esset (*ὑποβλήδην* i. e. *ὑββάλλων* ut Il. XIX, 80), suum soli Nestoris exhortationi responsum accommodans, renuit de obsequio, nullo sermonis Agamemnonei respectu habito, etsi hunc ipsum, non Nestorem alloquitur: *ἐθέλω τοι ἐριζέμεναι βασιλῆι ἀντιβίην·*

ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην,
εἰ δὴ σοὶ πᾶν ἔργον ὑπείξομαι, ὅττι κεν εἴπῃς.

Piraeo adhortanti, Menelai munera ut sua ex domo regias in aedes transportentur, renuendo Od. XVII, 78 respondet Telemachus: *οὐ ποιήσω,*

Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.

Per nutum sive imperiosae minitationi sive blandae deprecationi similem, utique renuendo Ulysses Od. XII, 320 socios admonet, ut a Solis bobus abstineant: *Cavete,*

ὦ φίλοι, ἐν γὰρ νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε
ἔστιν· τῶν δὲ βοῶν ἀπεχώμεθα, μή τι πάθωμεν.

Ulysses Od. X, 337 primo Circae amorem ultro sibi oblatum renuendo aspernatur causa addita,

ὦ Κίρκη, πῶς γάρ με κέλεαι σοὶ ἤπιον εἶναι,
ἥ μοι σῦς μὲν ἔθηκας ἐνὶ μεγάροισιν ἑταίρους;

deinde pari de causa v. 383 cibum jocumque ab eadem commendatos:

ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνήρ, ὃς ἐναίσιμος εἴη,
πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
πρὶν λύσασθ' ἑτάρους καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

Et Penelope Od. I, 337 auditione rerum Troicarum contristata vel renuit vel deprecatur: *λῆγε τούτων γε,*

Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ᾔδης.

Ante finem ludorum Patrocli in honorem instauratorum postquam Agamemno surrexit cum Merione certaturus, Achilles ullum certamen dignitati tanti viri, summi ducis parum convenire ratus Il. XXIII, 890 verecunde abnuit: *οὐκ ἐάσω, οὐδὲ δεῖ ἀγῶνος,*

Ἀτρείδη, ἴδμεν γὰρ ὅσον προβέβηκας ἁπάντων,
ἠδ' ὅσσον δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος.

Et hos quidem omnes re vera capite ipso renuisse putaverim, quasi aspernarentur ea quae audivissent. Sed similis aspernationi dolor est. Eum tamen viri fortes vultu solo et tristitia prodere malunt quam gestibus, planctu, capillo evellendo, genas dilacerando, mulierum in modum. Ergo tristitiam quoque vultu conspicuam vel adeo lacrimas illustrant vel excusant saepius personae Homericae, causam tanti doloris explicando.

Ita Ulysses, uxori quasi supremum valedicens Od. XVIII, 259: *ἀλγῶ*, vel *ὕστατον χαῖρε*,

ὦ γύναι, οὐ γὰρ ὀίω ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
ἐκ Τροίης εὖ πάντας ἀπήμονας ἀπονέεσθαι.

Idem Od. X, 501 Circes imperio in orcum navigare jussus, posteaquam in desperationem quandam delapsus ad se rediit, tanti doloris causam reddit: Ne mireris desperationem meam et gemitus,

ὦ Κίρκη, τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
εἰς Ἄϊδος δ' οὔπω τις ἀφίκετο νηὶ μελαίνῃ.

quibus verbis non tam requirit viae ducem a Circe, quam pernegat extare ducem ullum.

Et Nestor Il. VII, 327 dum principes Achivorum convenit, indutias vel otium postulans sepeliendis occisorum corporibus, per vultus tristitiam dicere videtur: *ἐλεήσατε,*

Ἀτρεΐδη τε καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν,
πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι καρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Similem desperationem Od. X, 190 non dissimulat Ulysses, dum apud socios exorditur:

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

Porro quoniam „format natura prius nos intus ad omnem fortunarum habitum", antequam efferamus „animi motus interprete lingua", etiam demiratio et stupor vultu primum proditur et cognoscitur. Achilles Il. XVIII, 182 ab Iride proelium subire jussus non curiosi, sed obstupefacti ac paene increduli vel adeo irati speciem praebebat, antequam interrogaret,

Ἶρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;

nam repugnare hoc imperium matris jussui videbat, ut optime explanavere scholia. Quapropter obscuravit eam sententiam Spitznerus pronomen *σε* tenore erigens, quoniam omnis vis in *τίς* sita est, h. s. Numquis deus matre mea potentior hoc imperat? Quodsi nihil nisi interrogaret Achilles, *τίς τ' ἄρ σε θεῶν*, ut Il. I, 8, legeremus, quae Aristarchi sane scriptura erat.

Etiam is, qui discedere jussus cunctatur, mora sua et remanendo ultra exspectationem renuentis speciem induit. Contumax responsum Iris Jovi referre jubetur Il. XV, 201 a Neptuno irato. Cunctatur Iris poenitentiam respondentis exspectans: *οὔπω πείθομαι·*

οὕτω γὰρ δή τοι γαιήοχε, κυανοχαῖτα,
τόνδε φέρω Διὶ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε,
ἦ τι μεταστρέψεις; στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

Et Menelaus Il. X, 61, quod Agamemnonis imperio non confestim obtemperet excusat:

πῶς γάρ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι ἠδὲ κελεύεις;
αὖθι μένω μετὰ τοῖσι δεδεγμένος εἰς ὅ κεν ἔλθῃς,
ἦε θέω μετά σ' αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω;

Non raro idem *γάρ* nihil praeter causam appellandi continet, quae nunquam non ea est, ut appellatus aures praebeat et auscultet. Sic Ulysses Od. XII, 154 inter socios: *ἀκούετε καὶ ἴστε,*

ὦ φίλοι, οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι οὐδὲ δύ' οἴους
θέσφαθ', ἅ μοι Κίρκη μυθήσατο, δῖα θεάων.

Vel idem Od. X, 226, cum Circen intra aedes cantantem audit, quasi sono *Pst!* silentium et attentionem posceret:

ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱστὸν
καλὸν ἀοιδιάει, δάπεδον δ' ἅπαν ἀμφιμέμυκεν.

Nec diversa ratio est, quum hominis appellati nomini causa additur, cur hic potissimum appelletur. Id Jupiter facit Il. XXIV, 334: *Te appello,*

Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν
ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι, καί τ' ἔκλυες ᾧ κ' ἐθέλῃσθα.

et Achilles Il. XXIII, 156:

Ἀτρείδη, σοὶ γάρ τε μάλιστά γε λαὸς Ἀχαιῶν
πείσονται μύθοισι, γόοιο μὲν ἔστι καὶ ἆσαι.

imitante Virgilio Aen. I, 65: *Aeole, namque tibi divom pater atque hominum rex et mulcere dedit fluctus et tollere vento;* vel Hor. Carm. III, 11, 1 coll. Hand. Tursell. IV, p. 8. Adde Soph. Oed. C. 712. Pind. Ol. IV, 1. Sed plene loquitur Polydorus Pacuvii in Cic. Tusc. I, 44, 106: *Mater, te appello, quae curam somno suspensam levas.*

Ad ipsam appellationem, non ad imperativum, etiam Hector Il. XVII, 220 respicit:

κέκλυτε, μυρία φῦλα περικτιόνων ἐπικούρων!
οὐ γὰρ ἐγὼ πληθὺν διζήμενος οὐδὲ χατίζων
ἐνθάδ' ἀφ' ὑμετέρων πολίων ἤγειρα ἕκαστον.

„*Περικτίονες ἐπίκουροι*, *socii*, hoc enim mihi nomine appellandi estis, non *κοῦροι Τρώων*, *cives*, quoniam auxilio portando, non civitati augendae vel supplendae arcessiti estis. Tanti hujus officii respectu (*τὰ φρονέων*) honorandos vos curo epulis et donis. Itaque quoniam tam honorifice a me tractamini, cum impensis civium, propterea (*τῷ*) vos vicissim audaciam praestate.“ Haec est series sententiarum, multo ita dilucidior, quam si *γάρ* ad sequentia referretur.

Sed ad epitheton solum vocativi pertinet Penelopes demonstratio Od. XIX, 350.

ξεῖνε φίλ', οὐ γάρ πώ τις ἀνὴρ πεπνυμένος ὧδε
ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα,
ὡς σὺ μάλ' εὐφραδέως πεπνυμένα πάντ' ἀγορεύεις.

Meruerat enim tam comem ipsius reginae appellationem, *φίλε*, Ulysses verecundia sua, qui anum ad ministeria sua postulasset.

Sed plane diversi generis est *γάρ* in iis, quae Od. XX, 271 post minacem Telemachi orationem Antinous ad procos conversus dicit:

καὶ χαλεπόν περ ἐόντα δεχώμεθα μῦθον, Ἀχαιοί,
Τηλεμάχου· μάλα δ' ἧμιν ἀπειλήσας ἀγορεύει·
οὐ γὰρ Ζεὺς εἴασε Κρονίων· τῷ κέ μιν ἤδη
παύσαμεν ἐν μεγάροισι, λιγύν περ ἐόντ' ἀγορητήν.

quanquam ad hos quoque versus adnotat Bothius: „Sententiam, quae causam continet, „priore loco posuit, more Graecorum.“ Nec retro et ad *εἴασε* spectat *γάρ*, nec in frontem ad gestum ullum, sed cur adhuc minitetur Telemachus, id demonstrat; *οὐ γὰρ Ζεὺς εἴασεν ἡμᾶς παῦσαι τὸν ἀπειλητῆρα.* Is enim infinitivus, *παῦσαι*, brachylogiae jure ex sequenti *παύσαμεν* asciscendus est. Sed quod sequitur *τῷ*, *propterea*, non proximorum (ut quae parentheseos loco habeantur) consequentiam indicat, sed ejusdem illius sententiae, cujus causam reddunt proxima. Et raro sane fit, ut uni eidemque sententiae causa deinceps et consequentia adjungatur. Paulo levius interpretes illud *τῷ*, incuriosi videlicet de tantillae voculae significatu, verterunt *alioquin* et sonst.

Facit aliquantum ad argumentationem nostram etiam notum illud ex Odyssea XVII, 57. XIX, 29. XXI, 386. XXII, 398.

ὣς ἄρ' ἐφώνησεν· τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος.

hoc est: *Penelope* (vel *Euryclea*) *audito filii* (vel *heri*) *mandato tacito nutu respondit, se obtemperaturam esse.* Nam omnis voluntatis significatio aut *ἐπέων πτερόεντων* ope et opera fit, ita ut sensa, verborum in speciem mutata, transvolent tanquam nuntii alati ex ore loquentis ad aures audientis; aut *ἀπτέρως καὶ ἄνευ ἐπέων,* ita ut audiens suis ipse oculis ultro arcessere ad se loquentis sensa eaque capessere debeat spectando. In alia omnia transire plurimos hujus locutionis interpretes, hanc tam simplicem et apertam viam aspernatos, ex glossariis et commentariis cognoscere licet. Ac ne ii quidem rem acu tetigerunt, qui *silentium* solum audientis sic indicari putant; tacite enim mandata accipere solent frementes vel paventes, non libenter et benevole obsecuturi. Ergo *ἔπεα* illa logico potius quam poetico epitheto *πτερόεντα* dicuntur, quoniam etiam sensa sunt species quaedam *ἐπέων*, sed *ἄπτερος* et muta; non possunt videlicet mortales ne apud animum quidem cogitare quidquam vel fingere, nisi verborum et taciti sermonis ope; adeo apta est mentis vis ex loquela et lingua.

Hi fere Homerici sunt loci, in quibus *γάρ* aliqua explicatione eget. Quodsi post Homeri aetatem alii invenientur diversam ab illis explicandi rationem exigentes, ut Herodot. I, 8. *Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι κ. τ. λ.*, quae sine ullo sane gestu dici poterant, neutiquam ejusmodi exemplis subvertetur disputatio nostra; nam multa sermo posthomericus novavit et ausus est, desciscendo non dico a natura sed tamen ab antiqua simplicitate, reperitque, ut hoc utar, copulationem vocum *ἀλλὰ γάρ*, priscis epicis prorsus inauditam, posterioribus usitatissimam. Et crebro, qui in respondendo assentiuntur, *γάρ* addunt, *ναί* suum, ad quod *γάρ* refertur, fronte, non ore significantes. Ac fortuito tantum casu evenit, ut exemplum talis responsionis apud Homerum exstet nullum.

In mentem veniet haec legentibus **adversativarum** particularum *δέ, ἀλλά, ἀτάρ,* quae perinde ac *γάρ* vocativos excipiant. Eae quoque gestum aliquem respiciunt. Exemplo sunto Agamemnonis preces, Il. XVII, 645.

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν.

Manus is attollit supplex. Atqui is qui supplicat, suam ipse eodem actu fatetur imbecillitatem. Ergo si omnia verbis elocutus esset ac non partem precationis muto gestu supplevisset, haec fere dixisset Agamemno: *Ζεῦ πάτερ, ἐγὼ μὲν οὐ δύναμαι ῥύεσθαι, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι.* Nam ne *σύ* quidem positum ab arte grammatica excusari poterit, nisi praegresso *ἐγώ* aliove pronomine aut nomine. Quidam loci huc referri soliti non tali expositione, sed sola distinctionis indigent correctione, ut Il. VI, 86. XXI, 448. Sed accuratioris haec sunt indaginis et alii loco vel tempori seponenda.

Haec si probabiliter exposuimus, quaeri potest num forte interpunctionis etiam emendatione verus plurimorum locorum intellectus adjuvari et queat et debeat. Et consuevimus quidem plerique lineola indicare, cum suppressum est aliquid et cogitatione addendum, ut in aposiopesibus. Atqui sunt illi gestus nutusque, de quibus disserui, non quidem *ἀποσιωπήσεις*, at certe *σιωπήσεις*, illis simillimae. Ac tamen si quis easdem pari lineola signare ipso orationis initio conaretur, quam id putidum et ridiculum foret! Illud autem fortasse nec molestum et utile fuerit, si vocativi ad praecedentem nutum spectantes sive colo sive exclamationis signo vel adeo lineola (dumne commate solo fiat) a sequenti sententia dirimantur. Nam non nihil, imo (ut in talibus) multum interest, ipsone sermonis principio appellatio locum occupet an post prima demum verba. Illud cum pondere et gravitate, hoc urbanitatis gratia fieri solet. Quamquam haec editoribus Homeri cordi curaeque sunto!

Ueber perinde quasi und proinde quasi bei Cicero.

Von

Dr. Gottfried Friedlein.

Dass von *perinde* und *proinde* die Rede ist, kann dem auffallend erscheinen, der bei Seyffert, schol. lat. I, p. 125, gelesen hat, dass nur *proinde quasi* die richtige Form ist. Allein Seyffert giebt keinen Grund an und Zumpt, der citirt ist, sagt zu Verr. I, 38, 98: *Mihi si quid statuendum est in ea re* '*perinde*' *videtur esse pariter*, '*proinde*' *similiter*, *Germ.* perinde 'gleich, so', proinde 'verhältnissmässig, demgemäss', *ut malim sane* '*proinde quasi*' *et* '*proinde ac*' *scribi, ubi de similitudinis, ut ita dicam, abusu in re falsa sermo sit.* Also ist *perinde* nicht ausgeschlossen. Reisig spricht in seinen Vorlesungen p. 427 für *proinde quasi*, dem er die Bedeutung einer Folgerung beilegt, einer absurden Folgerung in dem Sinne: gleichsam als wenn. Er lässt aber auch *perinde quasi* zu bei Cic. Quinct. c. 26 und ebenso c. 14, wo in der Ausgabe der Reden

Cicero's von Baiter und Halm *proinde* steht. Haase fügt neben Tusc. III, 26, 62 auch I, 36, 86 bei, wo bei Baiter und Halm gleichfalls *proinde* gesezt ist. Hand, Turs. IV, verlangt *proinde* nur '*ubi quasi specimen tantum similitudinis indicat cum ironia*' p. 459 (vid. p. 453), *perinde quasi* lässt er zu '*quum maxima sententiae vis in perinde sita est*' und giebt als Beispiele p. 460 die unten folgenden an mit Ausnahme von Verr. I, 39, 99, wo er *proinde* liest. — Da nun die Ueberlieferung in den Handschriften nicht entscheidet, so ist allein übrig, aus den Gedanken der Stellen Zulässigkeit und Unterschied zu ermitteln. Dies soll hier für die Sätze bei Cicero geschehen.

Perinde quasi findet sich in der Ausgabe Cicero's von Baiter und Halm und in der Ausgabe der philos. Schriften Cicero's von Klotz, Leipzig 1854—1855 an folgenden Stellen:

Verr. III, 19, 48. *Atque perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quod propter gloriae cupiditatem, ut aliquos summa frumenti decumani vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiarit.* — Quinct. 26, 83. *Atque haec perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum te praetor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris aut potueris P. Quinctium de possessione deturbare.* — Tusc. III, 26, 62. *Hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus 'Scindens dolore identidem intonsam comam' in quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur.* — Caec. 21, 61. *Non reperies quemquam iudicem aut recuperatorem, qui, tamquam si arma militis inspiciunda sint, ita probet armatum: sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut corpori potuerint afferre.*

In diesen Beispielen ist *perinde* von *quasi* getrennt und hat ein Verbum für sich. Mit *quasi* verbunden steht es nur: Verr. I, 39, 99. *Quaestores se in senatu exspectare dixit, perinde quasi non ut quaestor sine praetore possit rationem referre, eodem modo sine quaestore praetor.*

In den ersten 3 Beispielen enthält der Saz mit *quasi* über die Art und Weise vergleichend eine Voraussezung, von der man einsehen kann und soll, dass sie nicht Statt hat; im 3. ist dieselbe zum Spott gesagt; auch im ersten ist bei der Geldgier des Verres die *gloriae cupiditas* nicht ohne Spott: *perinde quasi* lässt sich übersezen: ganz so als ob. Im 4. Beispiel ist die Correlation: ganz so, wie wenn nicht zu verkennen, wobei nicht eine Voraussezung zu dem damit verbundenen Saze angenommen, sondern das Gleiche von einem Wirklichen und einem Angenommenen behauptet wird. Im 5. Beispiel ist das Nichtstattfinden eines Verfahrens angenommen, von dem man wohl weiss, dass es statt findet. Es enthält der Saz mit *quasi* nicht vergleichend, sondern erklärend eine Voraussezung, und *perinde quasi* lässt sich übersezen: gerade als ob.

Nur im 4. Beispiel ist das *perinde* besonders zu betonen, was Hand als Kennzeichen für das *perinde* angiebt; in den übrigen scheint eine besondere Betonung unnatürlich. Dem Sinn nach muss in *perinde* der Begriff sein: völlig, ganz, so dass nichts anderes sich beimischt, nichts anderes darin sich finden lässt, aber auch nichts fehlt. Im 5. Beispiele aber

liegt der Gedanke näher: eben, gerade, so dass es sich anders nicht erklären lässt, anders nicht zu verstehen ist, dass man es anders nicht denken kann. Sollte also *proinde* zu schreiben sein?

Aber es sind zuerst die Beispiele mit *proinde* näher zu betrachten, von denen zunächst folgende herauszunehmen sind: Leg. II, 19, 49 *Extrema illa persona est, ut si qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit neminique eam solverit, p r o i n d e habeatur q u a s i eam pecuniam ceperit.* — Quinct. 14, 45 *postulas, ut, quod nunquam factum esse iudicio defendimus, id p r o i n d e q u a s i factum sit, nostro iudicio confirmemus.*

Im ersteren Beispiel ist *proinde* von *quasi* getrennt und hat ein eigenes Verbum, wie es sich oben bei den Säzen mit *perinde quasi* fand. Die Aehnlichkeit mit der Stelle p. Caec. 21, 61 ist so deutlich, dass so viel gewiss scheint, dass in beiden *perinde* oder in beiden *proinde* zu lesen ist. Im 2. Beispiel steht zwar *proinde* bei *quasi*, es lässt sich aber von ihm trennen und zu *confirmemus* beziehen. Auch hier ist die Correlation: g a n z s o, w i e w e n n, die oben bei p. Caec. 21, 61 bemerkt wurde. Das nicht Geschehene soll gleich, g a n z, v ö l l i g so genommen werden, wie wenn es geschehen wäre. Was also bei dem obigen Beispiel gebraucht wird, ist auch hier zu gebrauchen. Hingegen sind der Stelle in Verr. I, 39, 99 die folgenden Beispiele mit *proinde quasi* ähnlich: Mil. 7, 19. *Num quae rogatio lata, num quae nova quaestio decreta est?* (Nach dem Anschlag auf Pompeius.) *Atqui si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt: . . . .: nisi vero, quia perfecta res non est, non fuit poenienda, p r o i n d e q u a s i exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur.* — Mil. 31, 84. *Est, est profecto illa vis neque in his corporibus . . . inest quiddam, quod vigeat et sentiat, non inest in hoc tanto naturae tam plaeclaro motu: nisi forte idcirco non putant, quia non apparet nec cernitur, p r o i n d e q u a s i nostram ipsam mentem . . . videre aut plane qualis aut ubi sit, sentire possimus.* — Mil. 7, 17. *Intersit inter vitae dignitatem summorum atque infimorum: mors quidem illata per scelus isdem et poenis teneatur et legibus: nisi forte . . . . eo mors atrocior erit P. Clodii, quod is in monumentis maiorum suorum sit interfectus — hoc enim ab istis saepe dicitur — p r o i n d e q u a s i Appius ille Caecus viam muniverit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur.*

N. D. II, 38, 96 *adsiduitate cotidiana et consuetudine oculorum adsuescunt animi neque admirantur neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident, p r o i n d e q u a s i novitas nos magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare.* — Tusc. I, 36, 86. *Metelli sperat sibi quisque fortunam, p r o i n d e q u a s i aut plures fortunati sint quam infelices, aut certi quidquam sit in rebus humanis aut sperare sit prudentius quam timere.* — Verr. III, 87, 203. *At enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. — P r o i n d e q u a s i aut aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo, aut ea res, quam ego dico, et ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriae non magnitudine pecuniae differat.* — Dom. 12, 31. *Quare istam orationem . . . omittas licet, post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos, p r o i n d e q u a s i isti aut de*

Cn. Pompeio aliter atque ego existimo sentiant aut, quid mihi . . . faciendum fuerit, ignorent, aut etiam, si cuius forte pontificis animum . . . mea sententia offendit, alio modo sit constituturus . . . quam . . . civitatis salus coëgerit.

Rep. I, 5, 9. *Quam ob rem neque sapientis esse accipere habenas, quum insanos . . . impetus volgi cohibere non possit, neque liberalis . . . exspectare sapienti non ferendas iniurias,* p r o i n d e q u a s i *bonis et fortibus . . . ulla sit ad rem publicam adeundi causa iustior quam ne pareant improbis neve ab iisdem lacerari rem publicam patiantur.* — Acad. II, 34, 109. *Illo modo potius putat arguendum fuisse Carneadem* (Antiochus): *quum sapientis nullum decretum esse possit nisi comprehensum, perceptum, cognitum, ut hoc ipsum decretum, quod sapientis esset, nihil posse percipi, fateretur esse perceptum.* P r o i n d e q u a s i *nullam sapiens aliud decretum habeat et sine decretis vitam agere possit.* — Cluent. 50, 140. *Hominem ingeniosum, M. Antonium aiunt solitum esse dicere, 'idcirco se nullam unquam orationem scripsisse, ut, si quid aliquando non opus esset ab se esse dictum, posset negare dixisse':* p r o i n d e q u a s i, *si quid a nobis dictum aut actum sit, id, nisi litteris mandarimus, hominum memoria non comprehendatur.* — Cluent. 39, 109. *Quam gravis . . .* (Quinctii)*! arrogantia qui illud iam ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi ac defensioni suae condonatum esse Oppianicum,* p r o i n d e q u a s i *non satis signi esse debuerit ab omnibus eum fuisse desertum, qui se ad patronum illum contulisset.* — Cluent. 50, 138. *Recitavit ex oratione nescio qua Attius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam iudicum ad honeste iudicandum et commemorationem cum aliorum iudiciorum, quae probata non essent, tum illius ipsius iudicii Juniani:* p r o i n d e q u a s i *ego non ab initio huius defensionis dixerim invidiosum illud iudicium fuisse, aut, cum de infamia iudiciorum disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, illo tempore praeterire.* — Verr. I, 38, 98. *Impetrat a senatu, ut dies sibi prorogaretur, quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabellae obsignatas diceret,* p r o i n d e q u a s i *exscribendi potestatem non haberet.*

Die drei Beispiele aus der Rede pro Mil. geben das *proinde quasi* nach *nisi vero* und *nisi forte*, also nach einer Voraussezung, die an sich schon als unstatthaft dargestellt ist, deren Haltlosigkeit aber noch mehr durch eine weitere Bemerkung dargethan werden soll. 7, 19 enthält der Saz mit *quasi* das falsche Princip, das der vorausgehenden Behauptung zu Grund liegen müsste; 7, 17 in ähnlicher Weise aber mit Sarcasmus die grundlose Berechtigung, den Ort der Ermordung des Clodius hervorzuheben; 31, 84 giebt der Saz mit *quasi* ein Analoges, das ebensowenig stattfindet. Das Princip, wie das Recht, aus dem sich etwas ableiten lässt, sind V o r a u s s e z u n g e n, welche die Sache e r k l ä r e n würden. Das Analoge dient gleichfalls hier zu keiner Vergleichung, sondern es wird auf ein Aehnliches hingewiesen, dessen Stattfinden es e r k l ä r e n würde, wie man das andere verlangen kann, das also in gewissem Sinne eine Voraussezung zu dem andern bildet. Im Deutschen wäre demnach 'g e r a d e a l s o b', nicht 'ganz so als ob' zu gebrauchen.

In den Beispielen nat. deor. II, 38, 96. Tusc. I, 36, 86. Verr. III, 87, 203 geben die Säze mit *quasi* G r ü n d e an, aus denen sich das vorher Gesagte e r k l ä r e n liesse, wenn sie bestünden; in dem Beispiele de domo 12, 31 sind A n n a h m e n gemacht, die, wenn

das Gesagte erklärbar sein sollte, zu gleicher Zeit bestehen müssten und doch nicht bestehen. Auch hier ist also das eine Entwicklung, eine Richtung verfolgende 'gerade', nicht das einen Bestand, ein Ausgebreitetes überschauende 'ganz' zu gebrauchen.

Die übrigen Beispiele haben das Gemeinsame, dass aus den Worten des Gegners selbst genommen wird, was ihm widerspricht; es ist entweder das nämliche, was er für sich anführt, gegen ihn zu wenden, oder bei dem, was er sagt, ist etwas übersehen oder vergessen, was doch nahe genug lag und von ihm selbst hätte begriffen werden können. Diese Nähe der Widerlegung bei dem Behaupteten, das Zusammentreffen in denselben Sachen und Worten ist nur mit 'gerade als ob' zu geben. Es ist auch nicht Art und Weise, die durch eine andere unter einer Voraussezung oder Annahme bestimmt wird, sondern das wirklich Giltige, das an sich Verständliche, das aus Verschobenheit zu recht Gesezte, was die Verhältnisse erklärt, ist dem vom Gegner Gesagten gegenüber so dargestellt, als ob es problematisch, schwer ausfindig zu machen, nicht zu bewerkstelligen wäre, in der Stelle Cluent. 39, 109 mit Herbheit.

Ist nun zu entscheiden ob für das 'ganz so als ob, ganz so wie wenn, gerade als ob' nur *proinde quasi* zuzulassen ist, oder auch *perinde quasi* geschrieben werden muss, so ist wohl das Richtige, das 'ganz so' mit *perinde*, das 'gerade' mit *proinde* bezeichnet anzunehmen. Dem ersteren scheint der Begriff des Völligen, des Hindurchgehenden nicht abzusprechen; in lezterem mag man mit Reisig eine Art Folgerung ausgedrückt sehen. Aber mit 'gleichsam als wenn' ist es nicht zu übersezen, da in keinem Beispiele ein annähernder Vergleich sich findet, wie es das gleichsam andeuten würde. Auch ist schwerlich richtig, was Seyffert, schol. lat. I p. 124 sagt, dass *proinde* die Identität des Irrthums in der fremden Annahme sowie in ihrer Voraussezung noch entschiedner zu erkennen giebt. Denn das im Saze mit *quasi* Gesagte ist ja nicht die Voraussezung des Gegners, sondern nur was dem Gegner als Voraussezung untergeschoben werden müsste, wie Seyffert selbst sagt — es lässt sich übrigens schon das Wort Voraussezung nicht bei allen Beispielen anwenden; — ist es aber nicht Voraussezung des Gegners, so ist es auch nicht Irrthum zu nennen, sondern Unrichtigkeit oder Unwahrheit; endlich ist es nicht identisch mit dem Irrthum des Gegners, sondern lässt nur einen Schluss auf denselben zu. Auch das deutsche 'gerade', mit dem Seyffert gewiss richtig das *proinde* übersezt, verlangt keine Identität, eher das 'ganz'; denn was in seinen Grenzen genau zusammentrifft und congruirt, muss desshalb noch nicht identisch sein; was aber in allen Theilen übereinstimmt und völlig congruent ist, lässt sich wie identisch ansehen.

Meine Meinung ist also folgende: *perinde* und *proinde* verhalten sich wie die deutschen Worte 'ganz, völlig' und 'eben, gerade'. Ersteres sagt Cicero, wenn eine Sache völlig einer Voraussezung entspricht, die nicht stattfindet, oder ein Wirkliches völlig wie ein blos Angenommenes angesehen werden soll. Lezteres wird gebraucht bei Voraussezungen, Gründen, Annahmen, Auffassungen, Begriffen u. ähn., die unhaltbar sind, besonders nahe aber mit dem Zusammentreffen, was der Gegner oder das Vorausgehende

sagt und enthält. *perinde* hat ein eigenes Verbum und schliesst sich nicht an *quasi* an, wenn es auch zu ihm zu stehen kommt; *proinde* aber verbindet sich mit *quasi*.

Dieser Meinung zufolge möchte ich also Verr. I, 39, 99 *proinde*, dagegen Leg. II, 19, 49 und Quinct. 14, 45 *perinde* schreiben; in den übrigen Beispielen aber Baiter und Halm, und Klotz beistimmen.

Endlich sei noch auf die Säze mit *perinde ac si* hingewiesen, von denen bei Cicero sich folgende finden:

Rosc. Com. 5, 15. *Quid ergo est? Quod et reus is est, cui et pecunia levissima et existimatio sanctissima fuit semper, et iudex est is, quem nos non minus bene de nobis existimare quam secundum nos iudicare velimus, et advocatio ea est, quam propter eximium splendorem ut iudicem unum vereri debeamus: perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint, perinde dicemus.* — Inv. I, 54, 104. *Decimus locus est, per quem omnia, quae in negotio gerendo acta sunt, quaeque post negotium consecuta sunt, cum unius cuiusque indignatione et criminatione colligimus et rem verbis quam maxime ante oculos eius, apud quem dicitur, ponimus, ut id, quod indignum est, perinde illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit ac praesens viderit.* — Orat. part. 24, 84. *Cum quaeritur, quid fieri possit, videndum etiam est, quam facile possit. Nam quae perdifficilia sunt, perinde habenda saepe sunt, ac si effici non possint.* — Ad Att. 13, 49, 1. *Erat* (Phamea), *si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset; quod ego perinde tuebar, ac si usus essem.*

In allen diesen Beispielen finden sich die Merkmale, die oben für *perinde* angegeben wurden, und die Aehnlichkeit mit den oben verzeichneten Beispielen für *perinde quasi* ist gleichfalls deutlich. Ja, dass *perinde*, wenn es auch mit *quasi* und *ac si* beisammen steht, doch von ihnen zu trennen und zu dem Verbum des Sazes zu beziehen ist, dem der Saz mit *quasi* oder *ac si* angeschlossen ist, was oben bei der Stelle Quinct. 14, 45 bemerkt wurde, erhält eine besondere Bestätigung durch die Stelle Rosc. Com. 5, 15, wo *perinde* nochmals zu *dicemus* gesezt ist, weil das erstere zu weit davon getrennt ist.

Nur ein Beispiel findet sich bei Cicero mit *proinde ac si*, nämlich: ad Att. 3, 13, 1. *Qua de re, quoniam comitia habita sunt tuque nihil ad me scribis, proinde habebo, ac si scripsisses nihil esse.*

Dieses Beispiel ist ganz derselben Art, wie die vorher angeführten. Ein Grund das dem Ausdruck einer Folgerung sich nähernde *proinde* zu gebrauchen, findet um so weniger statt, als *qua de re* vorhergeht, und doch nach dem Saz mit *quoniam* der Nachsaz einer Folgerungspartikel nicht mehr bedarf. Es scheint daher kaum zu zweifeln, dass auch in dem lezteren Beispiel *perinde* zu schreiben ist. Da die Säze mit *perinde quasi* eine ähnliche Correlation bilden, wie *prorsus ita, ut* und dieses wieder dem *aeque ac* nahe kommt, so ist es wohl erklärlich, dass nur *perinde* von Cicero mit *ac si* verbunden wurde, nicht *proinde*, welchem dagegen die unmittelbare Verbindung mit *quasi* verblieb.

